









1676.

1. Beckmann, Joh. Volk; Fac. jur. decimus: et de pen-  
sationem inung. Johanni Casp. Ludwigeri innotata
2. Beckmann, Joh. Volk: De eo, quod ex ea equos  
publice privatimque justum est.
3. Beckmann, Joh. Volk: De beneficiis competentibus.
4. Beckmann, Joh. Volk: De relevatione oneris pro-  
bandi ex praesumptionibus testamentum.
5. Beckmann, Joh. Volk: De obligatione impuberis.
6. Beckmann, Joh. Volk: De probatione instrumentali.
7. Beckmann, Joh. Volk: De legitima matris et aviae  
Tutela.
8. Beierus, Arrianus: De dissimulatione occasione l. 14.  
de offic. procurator. et affines tam Juris Canon. quam  
civil. tractatum.
9. Beierus, Arrianus: De liti contestatione
10. Freuer, Joh. Christoph: De juramento necessario

1676.

11. Fascinus, Augustinus Nundus: De myrrha.

12.<sup>a, b</sup> Lynckerus, Nic. Christ.: De compromisso.

2 Bände . 1745 & 1752.

13. Roth, Henricus Balkhaus: De accisore sui  
puni.

14. Robbins, Henricus Balkhaus: De jure praeci-  
pui

15. Schicker, Johann: Taxa peregrinorum.

16.<sup>a, b</sup> Simon, Joh. Geor.: De actionibus infu-  
riarum sacerdotum concernentibus. 3 Bände

1676 & 1739.

17. Simon, Joh. Geor.: De postulatione.

18. Simon, Joh. Geor.: Hugonis Tractatus de jure  
belli ac pacis lib. II Cap. I de obligatione, quae  
ex dominio oritur.







DISSERTATIO IVRIDICA, 24  
DE  
COMPROMISSO, 13

NOSTRIS:

Was ein Compromiß in Geiß- Staats- Lehn- und Bür-  
gerlichen Rechten sey, und von denen dabey vorkom-  
den besondern rechtlichen Fällen.

QVAM

SVB PRAESIDIO  
VIRI MAGNI NOMINIS  
NIC. CHRIST. LYNCKERI,

ICTI IENENSIS,

NEC NON POSTEA S. R. I. EQVITIS, ET S. C. MAI.  
A CONSIL. IN AVLA IMPERIALIBVS,

D. XII. APRIL. MDCLXXVI.

PVBlicAE ERVDITORVM DISQVISITIONI EXPOSVIT  
CHRISTOPH. HENR. WISTORP,

MINDANVS.



NVNC VERO, VT DESIDERIIS MVLTORVM SATISFIERET,  
TERTIA VICE

I E N A E,  
REG. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1752.

37

COMMISSO

REACTIO

NICOMACHUS


ARISTOTELIS

PHYSICORUM

LIBER

PRIMUS

DE



pa  
ti  
u  
ro  
de  
se  
R  
m  
di  
m





I. N. D. N. I. C.

APHORISMVS I



Quicquid olim *inter Cives* contro-  
versum fuerat, illud rudis sed bea-  
ta æquitas plerunque compeſcebat  
*per Arbitros*. Eaque spreta quamvis sæpe *Poten-*  
*tioribus* via non antehac solum *Gentibus* placuit,  
uti *Gallorum Druides* acie quoque jam congressu-  
ros arbitrio diremiſſe, *Straboni* proditum est; *I-*  
*demque in Iberia Sacerdotes* eo munere functos es-  
ſe tradit. v. lib. IV. & XI. *paſſim*. Sed etiamnum  
*Reges & Republicæ*\* *διὰν διαλύσθαι ὡς ἐπὶ τῶν διαφθῶν*  
malunt.

\* v. de Arbitrio *inter Gentes*, & quantum ab hoc  
differat *Mediatio*, quam non minus arbitrium sæpe dici-  
mus, Pufendorff. l. V. *Jur. Nat. & G. c. 13. n. 4. ſeqq.*

A 2

II. *Intra*

II. *Intra Civitatem* MAGISTRATUS tam *toti cause*, quam *actibus singulis* Arbitrum deputat. PARTES vero, vel *Lege* aut *Statuto* \* *adactæ* Arbitros sumunt: (quo non minus etiam *Austregæ* in Imperio, quanquam *varie*, \*\* pertinent:) Vel *conventionem* se aut (1.) *æquitati* cujusquam *magis* & *discretioni* permittunt, aut (2.) *plena potius facultati*, eique semper ad *certam personam* relata.

\* Qui & *necessarii*. v. de illis *Scacc. Lib. 2. d. Judic. c. 2. per tot.*

\*\* Sæntenim non tantum *Legales* ex *Ordinatione Camerae*, sed & *Statutarii* in specie inter aliquas *familias*, item *Civitates*: quæ plerunque *conventioni* in solidum (aliquæ etiam *privilegio*;) debentur. Deinde *appellari* potest à plerisque. *Sententias* autem suas nullæ fere, & ne quidem *Imperii* *Legales* (seu *Ordinationis*;) *exequi solent*.

III. Prius si quando *Partes* egerint, in omnibus *bona fidei* *judiciis*, non *merum* arbitrium, sed *boni viri* intellexisse censentur; *secus* atque in *strictis*. Unde in *istis* *iniqua* *arbitri* *sententia* alterius etiam *boni viri*, eoque non *arbitrante*, novi iterum *arbitro* emendari potest: nisi quoque de *certa persona* *partes* tenuisse probabiliter possit conjici. In *his* autem *personam* *arbitrio* substitutam ita non egreditur *stipulatio*, ut ea non *arbitrante*

trante negotium *nullum* sit, arbitrante autem ini-  
que, ad *actionem doli* recurratur; nisi *læsus* per *ex-*  
*ceptionem* salvus esse possit. (*Conf. arg. l. 31. b.*)  
Sed imo hodie *ex* *Const. Just. in l. ult. C. d. Contrah.*  
*Empt.* in universum tam in contractibus veris  
quam quasi, & negotiis tam bonæ fidei quam stri-  
cti juris, *personale* est arbitrium.

\* Quod ut recte *Christinaus vol. II. Dec. 142. n. 6. à*  
*Judice Ordinario* per *actionem* ex negotio competentem,  
intra tempus ei destinatum, vel etiam mediante *exceptione*  
obtinetur.

IV. *Alias substantia* quidem contractus in  
*Tertii* tantum Arbitrium, (velut & *Legata*, non et-  
iam *Testamenta*,) conferri; sed in ipsius *Debito-*  
*ris* seu contrahentis placitum, *an* scil. *debeatur*, non  
potest. Licet in ejus perinde atque *Tertii* arbitri-  
um possit *modus contractus* conferri ejusve *quali-*  
*tas*; aut quod *post perfectum contractum* unum al-  
teri præstare oporteat: veluti ut *lucrum* aut *dam-*  
*num* societatis arbitrio unius ex locis divideretur.

V. *POSTERIVS* Arbitrium vel *nudum* est  
& *compromisso* non firmatum, vel *secus*. *IL-*  
*LVD Arbitratores* seu *Dilceptatores*, *Græcis*  
*μεσιτεύοντες* \*, nobis *Schiedsmänner*, *Theidungs-*  
*Leute*, obeunt. *Hoc Arbitri Compromissarii* seu

Recepti, quos exinde *arbitros dicitur* appellant;  
 nobis Obmänner oder Schieds-Richter. Est-  
 que omnino hos inter magna *discrepantia* \*\*.  
 Sic enim *Recepti* eum partium contentione perdu-  
 rante rem *quasi judicialiter* absolvunt. Arbitra-  
 tores non nisi amicabiliter \*\*\*. Itaque coram  
 Arbitro offertur Libellus, requiritur Litis conte-  
 statio, juratur de calumnia, non potest is die feria-  
 ta exequi sententiam, neque didicitis testificatis ex-  
 aminare testes alios. Denique & conclusio in cau-  
 sa requiritur. Et licet appellari ab arbitro non  
 possit, ipse tamen Arbitrator male judicando litem su-  
 am facit: (ceu ea ostendit Gilhausen *c. 1. Arb. civ.*  
*Part. III. §. 9.*) quæ quidem omnia in Arbitratore  
 secus habent, *v. etiam Card. Tusch. Concl. A. 448.*  
*seqq.* Cumque Arbitrator ex *super venienti causa*,  
 etiam si tertio ex electione jus quæsitum fuisset, ut  
 tradit Marc. Mantuanus *inter singul. Doct. n. 517.*  
*recusari* possit; ab Arbitratore tamen, antequam  
 arbitratus fuerit, *recedere* \*\*\*\* non licet. Non  
 etiam *probationes* coram hoc peractæ ultra profi-  
 ciunt. Et propter cætera *reductio* ab Arbitratore  
 fieri potest: imo quandoque nude *reprobatur* di-  
 ctum ejus seu *Rapport*, ut vocant: veluti si cum  
 de calculo pronunciare non deberet, is tamen non  
 quid sed quantum deberetur definierit. \* Sed

\* Sed nobis sane *Mediatores* id solum agunt in controversiis, ut an partes possint per modos quos illis suggerunt componi, experiantur.

\*\* Quamquam an quis arbiter an arbitrator fuerit, *ex forma prescripta* interdum magis quam ex appellatione dijudicandum sit. Gail. 1. O. 150. n. 4.

\*\*\* Et hoc tamen non minus etiam in *controversiis* cateroquin ad *Judicia* spectantibus, & quæ cum ambitu disceptandæ fuerant. v. Vinn. 1. Qu. XVI.

\*\*\*\* Et ne quidem ad *Judicem* ire. arg. l. f. C. d. *contr. empt. Aut. si vero. C. d. Judic. junct. l. 39. C. d. Trans. l. 11. §. si pacto. d. Pactis. Gabriel. d. Novat. Concl. 1. num. 61. Secus atque in Arbitris, ubi pœnam solvere & ad *Judicem* ire possumus. Unde hanc *quasi novationem* non extinguere, sed *cumulare* tradit Fulgos. *Consil. 141.**

VI. Equidem ad compromittendum nemo adigitur, (Honded. 1. *Consult. 9.*) nisi in Arbitris *necessariis*, ad quos licet quis sponte accedat, modo secundum statutum, tamen Compromissum necessarium lubit, quia sufficit eum cogi posse. Andreol. *contr. 133. n. 10.* Quocirca emptor si in causa evictionis compromissum voluntarium fecerit, & *victus* sit, regressum eo nomine non habet; l. 56. §. 1. ff. d. *Eviçt.* Surdus. 3. *Cons. 432. n. 29.* secus ac in *necessario* Caputaqu. P. 1. *Dec. 166. vid. tamen Steph. Gratian. Disc. for. c. 778. num. 6. seqq.* Interim *presens & tacens* nemo Compromissum

missum acceptasse videtur. M. Anton. Blanch. *d. Comprom. Part. 1. qu. 1. n. 36. junct. Gratian. Disc. c. 68. n. 19.*

VII. *Pupillus* sine tutoris auctoritate tunc potest compromittere, quando fidejussorem dedit, à quo pœna peti possit. *l. 35. b. l. 13. d. Minor. Minor* etiam, licet curatorem non habeat, Decreto tamen, si res fuerit immobilis, adhibito, compromittit, & ut in ipsa disceptatione ei præsto sit Curator: ut recte Borellus *d. Comprom. §. 1. gl. 3. n. 55. & amplissime Scacc. l. 2. d. Judic. c. 2. qu. 3. & qu. 5. diff. 12.* Inque eo Minores cæteris prævalent, quod in pœnam compromissam, eo quod non tam adversus arbitrium, quam ex sua facilitate, restitui se petant, facile incidere non possint. *l. 3. ff. rem rat. bab. P. Ravennat. singul. 285.* Potest autem Tutor solus item Curator non tantum arbitratores, sed & arbitrum assumere, cum transigere alias quoque non impediatur; modo res valde dubia sit: (qua ratione Laudum etiam advers. Minorem valet: Andreol. *d. contr. 133. num. 4. 8.*) atque si de re immobili agatur, Decretum adhibeat; Simoncell. *Lib. 2. d. Decr. T. 6. Inspect. 1. num. 71. seqq.* quanquam etiam sine eo, quando pro Tutore laudum emanaverit, valeat. *arg. l. 14. C. d.*



*C. de Procurat.* Quod si tamen Tutor Curatorve in compromisso *necessario* verteretur, Judicis Decreto non indiget. Montan. *c. 33. d. Tutel. n. 228.* & Buratt. *Dec. 926. n. 2.* Pater autem, quippe Administrator legitimus, indistincte adeoque voluntarium quoque compromissum, atque etiam de *immobili re*, suscipere non prohibetur. *l. 1. C. de bon. mat. l. 6. §. 3. d. Bon. qu. liber.* Sed Mulier si compromittere velit, Curatorem adhibebit, ita ut ne quidem *prorogare* compromissum sola potis sit. Quod autem coram arbitro penitus illa *litigare* non possit, illud *apud* Wibelium *c. 3. d. Contract. Mulier. §. 8. n. 240.* extra dubium est.

VIII. Quid de *Procuratore*? Potest qui Mandatum *speciale* habet, non etiam si *cum libera*, modo non magnum in modum de re ambigatur. *v. cap. 4. d. Procur. in 6.* Uique *generalis* compromittere non potest, *d. c. 4.* nec par est compromissi quæ *judicii suscipiendi ratio*, quoniam in hoc emendari per *appellationem* potest sententia. Quod si tamen nihilominus *Procurator* compromiserit, nec Dominus ratihabeat, de *pœna* compromisso inserta, vel eo quod interest, ipse *Procurator* tenebitur. *c. 9. X. b. t. junct. l. 61. d. Proc.* Multo minus *Negotiorum gestor* compromittere

B

pote-

poterit: qui tamen cum cautione de rato tantisper  
 admittitur, donec adh. agensi & mature quidem,  
 adh. repelli velit, rati habitio superveniat. Non  
 etiam fas est compromittere *Executoribus* super  
 rebus à se distribuendis, aliter quam si vel Testato-  
 res vel ipsi quibus quid tribui debet, id permise-  
 rint. Sed *Syndici* prout transigere in re valde im-  
 plexa, ita de eadem compromittere valent: quan-  
 quam ut potestas ejus rei specialiter illis ab Uni-  
 versitate, saltem repræsentativa, committatur, tu-  
 tius esse censeat Klockius *Relat. Cam. 72. n. 136. 145.*  
 Illud vel eo certum est, quod *bonis cedens* compro-  
 mittere non possit, quia nec conveniri potest: *l.*  
*19. ff. b. junct. l. 4. ff. d. cess. bonor.* modo cessio cum  
 effectu facta & bona jam in solutum data fuerint:  
 ut probe expendit Salgado *Part. 1. Labyr. credit. c.*  
*14. n. 22. seqq. n. 51. seqq.*

IX. De *Vasallo* multis non constat, nisi  
 quod si *inter duos Vasallos*, rem ab eodem *Domino*  
 recognoscentes, verletur, compromitti eum  
 posse conveniat: multoque magis de re *Feudali*  
*cum Domino*. At de eadem, aut etiam de *fructi-*  
*bus futuris*, si ei cum alio controversia sit, non ob  
 hoc compromissum admitti debet, quod arbitria  
 in modum *judiciorum redacta sint*: (Est enim a-  
 lienatio

alienatio ea quæ in iudicio fit necessaria & abinde appellari potest.) Sed quod *transigere* Vasallo etiam absque Domini assensu liceat, 2. F. 26. § 43. neque compromissum, quia vel pro Vasallo pronunciaripotest, per se alienatio, vel saltem non ex illarum genere, quæ per se in præjudicium Domini tendunt, esse censeatur: v. 2. F. 15. 2. F. 34. 2. F. 46. 43. Klock. 1. Conf. 50. n. 4. 12. seqq. ita ut Besoldus in *Delib. qu. 74. b. t.* obloqui huic sententiæ non debuerit\*. Sed Domino tamen, licet in litigio non intervenienti, quoad effectum non præjudicatur, & ne quidem per *traditionem*, postquam laudum subsecutum fuerit.

\* Quæ quidem Rosenthalius c. IX. concl. 22. considerasse non videtur, quando eousque solum feudum non committi docet, quo usque ejus à victo non fiat *traditio*. Utrique *Gotbofr. Antoni* audiendus non est, quando *Disput. 14. feud. tb. 5. lit. b.* opinatur, eo casu compromittere Vasallum non posse, quando Jurisdictio ordinaria, maxime vero Domini, locum sibi vindicet. Nec *Reusnerus Disp. XI. tb. 51.* cum multis *aliis*, qui indistincte compromissum vetitum esse volunt, quando Domini præjudicium ullatenus in eo versari possit.

X. *Exempti* & immediate Pontifici subjeti, absque ejus autoritate, in præjudicium *exemptionis*, compromittere non possunt: Cum non

tantum de Jure Pontificis, sed & de causa quasi libertatis, quorum neutrum licet, disponent. *c. 5. X. h. t. Vallens. ibid. §. 5.* Quamvis autem *Clericus* de re civili possit compromittere etiam sine auctoritate sui Superioris: (Non Obst. *c. 12. X. d. foro compet.* Neque enim per hoc Jurisdictionem aliquam in eum sortitur arbiter: ) tamen ipse de re *Ecclesia* compromittere non æque potest absque consensu Episcopi, *c. 8. h. arg. c. nulli. §. d. reb. Eccl. non alien. §. c. 9. §. 8. d. transact.* atque eam in judicium potest deducere. *c. 21. X. d. rescript.* *Prelatus* etiam vel *Episcopus* compromittere cum consensu Capituli debet: *Casp. Klock. Relat. Camer. 138.* Et tamen Referens apud Meichnerum *Tom. IV. Dec. 7. p. 75. Ed. nov.* eundem, si in temporalibus versetur, sine Capitulo suo compromittere posse non dubitat.

XI. Quod si plures in Arbitrum conveniant, quorum aliqui sunt inhabiles, nihilominus locum habet arbitrium in causis dividuis, si vel duo habiles fuerint; Et nec cæteri ex superveniente habilitate, legitimantur, nisi postmodum coram eodem arbitro processerint: qua ratione compromissum tacitum videri poterit. *Jo. Baptist. Lib. 2. c. 17. de Arbitr. n. 3.*

XII. Ad

XII. Ad suscipiendum arbitrium nemo cogitur, modo quod tum demum illud ex *Cremensis* sententia *singul. 58.* fieri queat, si utrique litiganti *necessitudine* quadam aliquis jungeretur: quod tamen ipsum simpliciter non probaverim. *Statutarii* autem, (nec non illi qui a Magistratibus assumuntur,) ut *inviti* istud subeant officium, adigi possunt. *Scacc. Lib. II. c. 2. n. 625. seqq.* Neque longe dispar ejus arbitri est ratio, quem ad examinandum causas *judicis suspecti* Partes litigantes adire oportet: *per c. 61. X. de appell.* Id quod *Brandmüllerus pag. 39. Manud. ad Jus Canon.* observasse non videtur. Sane quod à *Papa*, item *Summo Principe*, cogi quilibet possit ad suscipiendum regulariter, ambigendum non est. *v. Wurmser. Lib. 1. Obs. Tit. 2. Obs. 1.*

XIII. Pariter autem ac non omnibus arbitrum, ita nec quibusvis *arbitrium suscipere* integrum est. Nam ne quidem illud cum Tutoris autoritate *pupillo* licet: *v. l. 9. §. 1. b. neque Minori XX. annis; l. 41. eod. l. 15. b.* licet hic alias, si velit, *judicare* possit. *l. 57. de re jud.* Nam *judex* quidem autoritate publica, atque ex præscripto formulæ, tum & ut sententia per appellationem emendari possit, *judicat.* Unde licet ut *judicium suscipi*

suscipiat non cogatur; quod si tamen velit, omnino judicare potest. Arbitrarius autem cogi non tantum posse, sed velle etiam posse debet.

XIV. *Filiusfam.* Arbitrarius esse potest, etiam in causa Patris, *l. 5. seq. b.* Sed *Mulierem* arbitrariam solum, non etiam arbitram esse potest, tradit *Bapt. à S. Blal. qu. 6. d. Comprom. n. 15. 56. & Hiltrorphius Process. Jud. p. 107. n. 1.* Interim *Mulier illustris*, quæ judicandi potestate fungitur, non minus etiam arbitrium, ceu iudex esse potest, recte suscipit. *c. 4. X. b. Charond. lib. XIII. responf. 34.*

XV. Equidem *Judex Arbitrarium*, (*Ant. Faber. L. 2. C. S. Tit. 38. def. 2.*) sed non *arbitrium* \*, in ea causa de qua ex formula judicare tenetur, vel quæ ad ipsum Ordinario jure adh. deferenda est \*\*, suscipere valet; Arbitrarius autem esse potest *in causa alia. l. 9. §. 2. b.* Nam & in *Magistratum* recte compromittitur, tam *Canonico* \*\*\* quam *Civili* jure, si causa ordinario jure ad ipsum non pertineat; (siquidem conveniens non foret, si quando pars soluta pœna ad Magistratum provocaret, ut tunc idem velut iudex sententiam diceret.) Tantum quod non possit cogi magistratus nisi ab eo, qui majus ipso habet imperium: ceu intelligi debet *l. 3. in f. & l. 4. b.* Quod enim dicunt, *Jus Civile*

Civile non pati, ut qui jus perfectum & superius cognoscendi habet, idem inferius recipiat, in spidum est. Moribus nostris diversum quid indutum esse vult *VVurmserus 1. tit. 1. obs. IV.* quod Magistratus ubique *compositionem* partium in causis etiam illis, quæ coram ipso ventilantur, intendere soleat. At vero illud vel ob hoc admitti non potest, quod vel nullæ judicis ceu arbitri, vel non adeo magnæ eo in articulo partes sint, sed omnia jure nudo *transactionis* valeant: quemadmodum si mutuo conventum fuerit, ut remotis ambagibus intra compendium processus expediretur, latæque sententiæ sub certa pœna, excluso provocandi beneficio, pareretur, nihil aliud quam summarium aliquod, ex pacto quodam pœnali conceptum, seu limitatum judicium agnoscit *Rennemannus. Part. d. Judic. Disp. LVII. n. 10. \*\*\*\** Uti que citra tale pactum de non provocando, ab ejusmodi Judice, qui arbiter sane non est, appellari nil vetat, siquidem nihilominus *vi potestatis atque Jurisdictionis sue* judicat, & sententiæ ejus, nisi appellatum fuerit, in rem judicatam transit. Quin imo *juxta* *Mevium P. 1. Decis. 98.* ne attentæ quidem renunciatiõne, tum admittitur adh. appellatio, si ad sententiam compromissi processum non sit: v. gr. si cum

si cum causa conclusa, à Mercatorum Collegio sententiam petendam esse, convenisset, à Collegio tamen Jurisprudentum ea sumpta fuerit.

\* *Conf. Gilhauf, c. 1. P. 3. Arb. Civ. §. 4. cujus tradita ex sequentibus in Apor. in plerisque subvertuntur.*

\*\* Sed in *Delegatum*, in eadem causa, ante cœptum Judicium, compromitti posse, nil impedit.

\*\*\* Quod multi negant, interque eos etiam Engelius *P. 3. Jur. Can. lib. 5. Tit. 7. §. 4. ubi c. 5. cum communi, de Arbitratore* accipit: de cœtero autem compromitti non posse docet in Ordinarium, ad effectum non appellandi & pœnam petendi.

\*\*\*\* *Camera* etiam *Imperialis* inter eos, qui vel privilegatarum gaudent, vel alias quoad qualitatem personæ, jurisdictioni ejus immediate subjiçuntur, in causis, quæ ad ipsam vel per viam Appellationis vel aliter deferri poterant, sed non in aliis, Arbitrium Compromissarium suscipere potest. *N. A. 1594. §. 64. seq. Conc. der E. S. D. p. 2. t. 29. pr.* Processus vero non in *Cam.* sed in alio loco peragitur, & acta ad *Cam.* transmittuntur. *Mynf. V. obs. 2. Blum. Tit. 38. ubi de sportulis. n. 5. seqq.* Nec tamen hoc etiam compromissum per omnia *Arbitrii* naturam conficit, quin potius *Camera* ex vi jurisdictionis suæ, vel prorogata vel modificata, cognoscit, quod ex specie illa, quam in *Rel. Cam. CXXXVIII. Maynz contra Nassau*, exhibet *Klockius*, facile colligitur. Utique Jurisdictio supremi etiam Judicii tunc prorogari ne quidem Compromisso potest, quando *lis* coram inferiori pendet, nisi illud cum consensu hujus suscipiatur. *Dav. Mevius XI. Decif. 114.*



XVI. Quod si compromittentes in genere Praefectum & Questorem alicujus loci elegerint, aliquo illorum mortuo, Successor ejus in officio non protinus etiam in Arbitrium succedit: quoniam non ut Praefectum v. c. sed solum eum qui Praefectus est, elegisse & fiduciam in eo personalem habuisse censentur: maxime si utrique compromittentium Praefecti persona non incognita fuerit; v. l. 31. d. solut. l. 4. ad SC. Trebell. junct. l. 28. d. rebus dub. Stephanus Gratian. c. 274. Disc. for. n. 11. seqq. & Lauterbach. d. Arbitr. Comprom. §. 42. num. 12. nisi aliud circumstantiae svadeant. Et sic ergo Compromissum morte unius intercidit.

XVII. Religiosus Compromissum sine consensu Superioris suscipere non potest. c. 20. c. 35. XVI. q. 1. Potest autem Clericus, & vel maxime Praelatus c. 5. 10. X. b. c. 14. d. praesumpt. Lanfranc. P. 2. d. Arbitr. n. 4. Sed in Laicum compromittere in causa spirituali, v. c. Beneficii, Dignitatis Ecclesiasticae, item Decimali, non licet. c. 8. X. b. c. f. d. Judic. in 6. c. f. d. permut. D. Ziegler. ad Lancell. lib. 3. tit. 4. §. 4. Idque tamen petitorio quam in possessorio. Menoch. Recup. rem. 15. n. 223. seqq. Aliter atque Mynsing. 2. O. 67. Quanquam hujus sententia in Civili atque Camera Foro quoad  
C  
cogni-

cognitionem judicariam obtineat, ut illa, qua possessionem concernit, in matrimonialibus & spiritualibus causis coram Laico admittatur. Laico tamen & Clerico simul arbitrium in spiritualibus dari potest. c. 9. X. b. Quin & solus Laicus inter Ecclesiasticos arbitrium, autoritate Judicis Ecclesiastici \*, recte suscipit; d. c. 9. b. maxime quod potestas Arbitrorum non sit jurisdictio. Sed & in Temporalibus, quæ ad Clericum pertinent, compromissum, etiam sine Superioris consensu, in Laicum valet. Blanc. d. Comprom. qu. 2. in f. num. 63.

\* Episcopi videl. Cum Vicarii consensus non sufficiat: & in ipso quidem actu, non post eum. Gratian. c. 379. Disc. n. 15. & 8.

XVIII. Infamem, qui iudex tamen esse non potest, l. 12. §. 1. d. Judic. cur assumerint partes, eumque pro viro bono agnoverint, sibi impotent. l. 7. pr. b. j. l. 9. §. 4. eod. L. Molina Tr. 5. D. 39. n. 5. d. Just. & Jur. Freher. cap. 28. d. infam. num. 12. Et Judæus quoque, maxime Judæorum, Arbitr esse potest: v. l. 8. C. d. Judæis. & W. Antoni de Reser. Morat. Concl. XIX. num. 48. seqq. nec minus in quemcunque infidelem recte compromittitur: ut Zieglerus docet d. Tit. 4. §. 3. Bannitus tamen non

non potest esse arbiter, nisi extra bannientis territorium. *Prodigus* etiam arbiter esse non prohibetur. *v. l. 12. §. fin. d. Tut. & Cur. dat.* Non etiam prohibetur *Fidejussor*, si quæ in negotio, cui accessit, controversia inter reum principalem & creditorem incidat: Non *Obst. l. pen. ff. b.* Denique *substituere* alium in suum locum Arbitro non licet. *l. 32. §. 16. ff. b.*

XIX. Illud *queritur*: Qua ratione valeat *Compromissum*, quo *duos Arbitros dissentientes tertium assumere posse* convenit? Discernendum est. Ut si quidem *voluntati eorum* permessa esset electio, *Compromissum*, quia dissentire inter se possunt Arbitri, infirmum sit: si vero tertium *denominarint* committentes, vel ipsi Arbitri cum *in specie* protinus designaverint, omnino procedat. *conf. Jacob. Schulcel. ad Part. 2. Quest. Modest. Pistor. LXXII.* Id quod etiam *Jure Canonum\** obtinere *ex cap. 12. x. b. Andr. Vallensis ad b. Tit. num. 2. & 3. evincit.* Quod si autem nil penitus de Tertio, & *ne quidem in genere* quid actum sit, validum quidem manet *Compromissum*, sed tunc Prætor, si sententiis Arbitri dissideant, *tertium* eligit, atque in eum Arbitros consentire cogit. Nec tamen unquam *Tertii illius sententia* attendenda est, nisi u-

nus arbitrorum sententiæ adhaereat : ut recte Sur-  
*dius Conf. 452. num. 66. quicquid alii ex l. 7. §. 6. ff.*  
*b. l. moliantur.*

\* Non Obs. c. 13. x. de Arbitr. verb. quos idem super  
*boc deputaret. siquidem à se ipso Legatus in illa specie dis-*  
*sentire non poterat. v. Vallenf. d. l. Non etiam Obs. cap.*  
*61. x. d. Appell. ad quod responderet Scaccia L. 2. c. 2. d. Judic.*  
*v. 575. seqq.*

XX. Quid si in electione arbitri judicialis,  
 velut super æstimatione, litigatores dissentiant?  
 Cum res ea mutuo potius consensu, quam poe-  
 state iudicis perficiatur, in causam dissensus, ne li-  
 tes ex lite fiant, non inquirendum, sed de alio pro-  
 tinus conveniendum esse, svadet *Ant. Faber. De-*  
*fin. 7. Cod. Sab. b. l.* Nonnunquam arbitri assu-  
 muntur, ut sententiam secundum sapientum *Consi-*  
*lium* ferant : quod quidem Compromissum, non  
 obstante *l. 17. §. 3. Et l. 19. pen. ff. b. valet*, quia li-  
 beram electionem habent, hujus vel alterius Col-  
 legii sententiam sequi ; neque res difficilem exitu-  
 tum, ut in eligendo Tertio Arbitro, invenit. Si  
 etiam ita convenerit, ut arbitrio *Seji aut Titii* causa  
 committatur, unus eorum electus sententiam fer-  
 re cogetur, *d. l. 17. §. 4. b. modo uterque compro-*  
*mittentium annuat. arg. l. 3. §. 1. b.*

XXI.

XXI. *Causa status*, an quis liber sit, an servus, an filius, compromisso non subjacent: Wiesel. *ad l. 6. C. d. R. C.* & ne quidem quoadusque status conditio extendenda sit, *privata* sententia definiri potest. *l. 32. §. 7. b. t. junct. l. 8. & 9. d. liberal. caus.* Omnia *aliter* habuere in causa Palatina *VVildfangiatus*, ubi præterea Cæsar Compromisso annuit, sibi que die *Ober-Obmannschafft* reservavit. Causæ etiam *Pupillares*, quoad de reddendis *rationibus*, non item si de *Tutoris* constituendi confirmandive aut dimovendi persona agatur, huc pertinent. De *precedentia* v. quæstione, qua potest vergere in præjudicium vel publicæ rei vel aliorum, compromittere non licet. Decius *1. Conf. 21. n. 74.* & Gratian. *Decis. March. 232.*

XXII. *Mariti* de bonis uxorum *Paraphernalibus* compromittere non possunt: ut recte Tiraquellus \* *d. LL. Connub. verb. Contract. gl. 5. n. 190. qu. 19.* Non etiam in *matrimonialibus*, cæterisve causis, quæ *privati* non sunt *arbitrii*, compromissum fieri potest: Quin imo in *Criminibus*, ne quidem si *civiliter* ageretur, & de eo, quantum læso præstari conveniat, adire licet Arbitrum: & minus recte Hermes *ad VVesemb. p. 170. lit. e.* in casibus circa crimina illud permissum esse docet, quibus

bus alias transigere permissum est. Similiter de famosis causis ex delictis privatis compromissum non valet. l. 32. §. 6. ff. b. Sandius Lib. V. Tit. 8. decis. 6. ne videl. infamiam rei evitarent. v. l. 63. ff. d. furt. Contractum vero, qui non quidem semper & per se infamiam condemnato attrahit, arbitrio subijci posse, arg. l. 13. §. 5. d. bis qui not. inf. latis apparet.

\* Quamquam ratio, quam ille à Minoribus petit, quasi illis hactenus similes sint Mulieres, non concludat.

XXIII. Mixti Imperii causas Arbitrè suscipere potest, ut vult Blal. P. 1. d. Comprom. qu. 22. Quod verum est regulariter, & quoad usque Imperium exeri non debet: quippe quo Arbitrè destituitur. Hinc quidem Arbitrè de mittendo recte pronunciat, licet ipse mittere in possessionem non possit. Mandol. conf. 95. n. 9. Jos. Ludov. Dec. 47. De restitutione tamen in integrum Arbitri non recte assumuntur, ne quidem super questione, an restitui quem oporteat; nisi incidenter coram illis mota fuerit. cap. pen. x. d. in int. restit. arg. l. f. C. d. restit. in int. De Questionibus Juris dubii an committi possit? inane videbatur dilceptare: cum jus finitum & certum esse oporteat. l. 2. ff. d. Jur. & F. ignor. Videl. quia subinde in hypothese & quando

quando applicandum venit, sententia discrepantes reperiuntur: inde Capycius *Decis. 10. num. 19.* quaestiones eas facti quaestionibus, cum praeterea *ex facto jus oriatur. l. 52. §. 2. ad l. Aquil. junct. l. 20. §. ff. d. instr. & instrum. leg. & equiparat.*

XXIV. In *spiritualibus* toties valere Compromissum vult Borellus *d. Comprom. §. 2. gl. 1. n. 72.* quoties in eo casu versamur, quo alienatio vendita non est, sed fieri sine Superioris assensu potest. Quod si vero de Quaestione *An?* disquiratur, v. c. an contractus usurarius sit, nec ne, Compromissum, tanquam super quaestione spirituali (ut putant,) invalidum est: quod quidem tunc persisteret, si quando de Usurarum quantitate conceptum foret. De *decimis*, fructibus rei spirituali annexis, *Clericus cum Clerico* recte compromittit; sed *cum Laico* non potest *Clericus* sine auctoritate Superioris, si de futuris agitur; Imo etiam si *Clerici* super *decimis* futuris absque assensu Superioris compromittant, istud tamen Compromissum *personale* solum est, ipsisque tantum compromittentibus nocet, non Ecclesiae. Ceterum super *Decimis* non minus *in Mulierem*, quando alias quoque judicare valet, compromitti potest illis casibus, quibus *Laicus* super *decimis* ut *Arbitrator* assumi

assumi potest. v. Casus illos ap. Steph. Gratian, *Disc. for. 238. Concl. 13. num. 84. seq. 92. & per tot.* Nec minus Arbitrum super beneficio licet assumere, ut alterum in certam pecuniam condemnet, id quod etiam sine vitio *Simonia* fieri potest; siquidem solum pietatis & pacis intuitu illa pecunia adjudicatur, non in compensationem Juris spiritualis. *cap. fin. d. rer. permut. c. 4. 5. x. d. Transact. Canonil. ad cap. 3. x. d. Arbitr.*

XXV. *Feudalibus* Causis Arbitratorem adsumere licere, difficulter asseritur, cum arbitramentum, (quo scil. Juris Ordo & Processus exulat,) alienationi voluntariae sit propius. Sed quod compromitti super eis possit in *Arbitrium*, supra jam assertum est. Atque veluti Jurisdictioni Ordinarii in Civilibus per assumptionem Arbitri non praedjudicatur, ita nec in Feudis idem Domino fieri censendum est: Longeque alia ratio est, cur Jurisdictionem in Feudalibus non ita Vasallo ut in Civilibus *prorogare* liceat: Neque enim in alio, quam simplici Magistratu prorogatio frequentatur, non etiam in iudiciis illis, quibus disceptandi potestas singulari jure competit: & praeterea de uno causarum genere ad diversum aliud prorogatio fieri non potest. Interim de *Majoribus* atque *Titulatis* Feudis

dis



*dis* in Imperio Litigantibus prætermissio Cæsare compromittere non licet\*: *v. C. G. D. Part. II. Tit. 7. Rolenthal. cap. IX. de Feudis. Concl. XXII. num. 4.* etiamsi de Feudo esset contentio, quod ut-  
cunque lis caderet, Domino directo non eriperetur; Neque enim unice de alienatione in ea specie controvertitur; sed in Imperio, maxime si Exteri assumantur, de suprema Jurisdictione Cæsaris agitur, quæ nec simpliciter Feudalis, & vel maxime ex suo genio atque observantia in Imperio æstima-  
manda est.

\* *Diff. quamvis Klockio Conf. III. qu. i. post Tract. d. Contrib. v. Tr. nostr. d. Gravam. Extraj. cap. V. Sect. I. §. 20. num. 6. seqq.*

XXVI. Equidem hoc etiam controvertitur: Quomodo in Constitutione Imperatoria *L. 29. C. d. Pactis.* coram Arbitro *de renunciatione Fori* cognosci potuerit? Neque enim vel *Arbitro obijci Fori præscriptio*, vel de eo casu dispositum dici potest: An valeat arbiter *de validitate illius renunciationis* cognoscere: quippe quod id ipsum *licere* dicta constitutione definiatur, & de *Juris* articulo compromittere non liceat. Non Obst. *l. 6. C. de reb. cred.* Quid si *de facto* compromissum obvertas, an nim. renunciatio contigerit? Ita vero



ro non est, ex quo Compromissarius litem suam fecisse queat: cum de probatione tantum cogniturus sit, de cetero autem quisnam eius effectus esse debeat, ad eum non spectet. Prius eligerem, ut quaestio *Juris*, sed tantum *in hypotbesi* intendatur: an sc. hujus, ob cingulum militiae, vel ob sacerdotii prerogativam, & similiter, valeat renunciatio? Nam ita si de facto constet, contra renunciantem pronunciari jubetur, quod stare coram ordinario obstrictus sit: Et haecenus mixta est quaestio. *conf. Aphor. 23. b.*

XXVII. Super *Instrumento vel liberatione per testamentum facta*, ne quidem inter conjunctas personas compromissum valet: praterquam si adversus illa *exceptio* quaedam, veluti *Nullitatis* aut *lesionis* enormissimae, opponi posset, ut *Merlinus Decis. XXIX.* tradit. Quo quidem calu, licet negotium per laudum retractandum foret, tamen nihilominus praestita interim cautione de *satisfaciendo juxta formam laudi*, executionem paratam concedit *Castrensis Consil. 428. item Seraphin. d. Priv. vil. juram. Priv. 77. num. 8.* ut tunc unice *juxta Marefcottum Lib. II. resol. cap. XXI. num. 89. seq.* suspendatur ordinarii executio, quando necessarium, velut *ex statuto*, arbitrium fuerit.

XXVIII.

XXVIII. Porro de *Exceptionibus* illis, quæ *judicium impediunt*, compromitti nequit, ut sunt *Transactionis, rei judicatae & similes*. Unde licet de causa coram iudice, vel arbitro aut arbitratore *pendente*, sine horum assensu, *Compromissum* valeat. Tamen *super re judicata* quin admittatur, hoc impedit, quod *Arbitrium* super re *illiquida*, (quam quidem talem non efficit nuda partium assertio,) institui debeat. Nunquid ergo, si *deserta jam Appellatione* cum Appellante, ob eandem causam in jus vocato, victor *compromississet*, à jure sibi *quæsito recessisse*, & cum his, extincto quippe per *appellationem* iudicato, adhuc *super sit*, super re *judicata* *compromissum* non esse putabitur? Magis est, ut per *desertionem* quidem *sententia* in rem *judicatam* transierit. Interim ob hoc, quod à jure sibi *quæsito* victor per actum *contrarium* recessisse videatur, omnino *Compromissum* valere oportebit. Neque etiam ut super re *judicata* *compromitti* queat, inde inferitur, quod res *judicata* per *restitutionem in integrum* rescissioni pateat: ceu recte *Surdus* decidit. *Dec. 185. per tot.*

XXIX. Velut autem *Arbitratores* etiam *sine poena, hodie & olim* assumuntur, & *ex contractu*, super quo *promissum* est, actio datur, *l. 76. ff. pro Soc.*

*Soc. l. 24. pr. Locat.* Alias autem nisi vel expressa vel tacita *acceptatio arbitramenti* secuta sit, regulariter actio inde, tanquam ex nudo pacto, non competit. (v. Anton. Fabr. II. Tit. 38. def. 5.) Ita Compromissum olim valere non poterat, si nec *pœna* intervenisset, nec *stipulatio*. Et siquidem stipulatio: *stare velle sententiae arbitri*: incerti agebatur, modo quod interesset: *l. 27. §. f. b.* cum pœna promissa peti potuerit, etiamsi nil intertuisset. *l. 38. eod.* Nunc pœna non promissa, nec stipulatione inita\*, adhuc compromissum effectum suum sortitur, quando subsecuta fuerit *laudi acceptatio. l. pen. C. b.* Et tunc si nihilominus laudo non satisfiat, ad id quod interest vel pœnam agitur, non item ex homologatione: quia hæc solum *in subsidium*, si actio ex conventionione deficiat, attenditur. *d. l. pen. pr. c. 4. X. b.* Venit autem nomine ejus quod interest non ipsa res quæ petitur, sed expensæ jam factæ & in novam litem faciendæ. *juxta Panormitan. in c. 9. X. eod. n. 17.* Pœna v. licet non facta sed quantitati adjecta fuerit, peti potest, nec subesse quid *usurarium* videtur, sed contemptus potius & contraventio respicitur: Menoch. *A. I. Q. c. 260. n. 43.* atque duplum etiam rei controversæ excedere potest. *arg. l. 38. ff. b. Bachov. ad pr. c. 2. d. Arbitr. n.*

4. p. 1247. Ut tamen si quis *uni capiti laudi contravenerit*, poena tantum pro ratione illius partis committatur, non in solidum. *l. 9. §. 1. si quis cautionib. l. 18. rem. rat. hab.* An autem si *pars utraque* compromisso poenali contravenerit, per compensationem poena tollatur? *vid. ap. Scacc. Lib. 2. d. Judic. c. 2. qu. 10. dub. 9.*

\* Nee enim compromisso *essentiale* est, poenam adji- (ut Anton. Faber. *d. l. existimat*; aut quod aliter iudex arbitrum coactus non sit. Nam & stipulationi simplici inest id quod interest: *l. 28. b. t. l. 14. si quis cautionib. c. 9. X. b.* (nec obstat *l. 32. §. 1. ff. eod.*) ceu recte Bocer. *cl. VI. Disp. 37. th. 22.* Unde etiam sine stipulatione poenae hodiernum Mandata sine Cl. dantur. *Mev. III. Decis. 280.*

XXX. *Juramento* prohibuit Justinianus ne vel a *partibus* compromissum firmaretur, neve Iudex (seu *Arbiter*) juramento se ad arbitrium obstringeret. *Nov. 82. cap. 11. Auth. Decernit. C. b. t. Coll. Argent. th. 10. b. t.* Et licet Parladorius *Lib. 2. Quotid. c. 4. n. 52.* Legem civilem non posse prohibere obtendat, ut contractus justus & sine fraude in ius *juramento firmari* possit, ut nec possit inhibere ipsum ejusmodi contractum: Verius tamen ex *Pinelli* sententia *p. 3. ad L. 2. d. Rescind. vend. c. 1. n. 12. contrarium est.* \* Interim ex *Canonum jure*

sic valet iuramentum, (c. 2. § 9. X. d. arbitr. Molina Tr. 5. d. I. & I. disp. 36.) ut durante quidem compromisso ex iusta causa retrocedens compelli non possit: quod si tamen pronunciatum fuerit, *praeiudicium* etiam non requisita homologatione sententiae petatur executio; nec adeo in hac obligatione, quantumvis *facti* sit, is qui iuravit praestando *interesse* liberetur: c. 6. X. d. vot. Gomez. Tom. 2. Resol. c. 2. n. 20. conf. Hodiernam ad Decis. 50. Surdi, n. 36. Num v. interpositio *fidei Principalis* non minus hac in causa iuramento aequipolleat. vid. Meichsner. T. 2. L. 1. Dec. Cam. 5. p. 229. Interim civili quoque iure *firmamenta* sunt alia, ut Receptis suis sit exitus. Non tantum enim clausula: *rato manente pacto*, \*\* illud efficit, ut poenae praestatione reus non liberetur, eaque licet commissa, sententiae tamen ut adhuc pareat cogi possit. Mynsing. 3. Obs. 14. Sed & partes in antecessum irrevocabile procuratori suo mandatum dant, ut eas à suprema Curia per *voluntariam condemnationem* in futurum Arbitri Laudum condemnari faciat.

\* Nec ideo compromissum iuratum de J. Canon. valet, quia Pontificis tantum est de iuramento statuere: (ut frustra Canisius ad c. 2. X. de arbitr.) sed quia nunc quidem dispositio Juris Canon. usque posteriori recepta est.

\*\* Cu-

\*\* Cujus el. vim ne quidem habet *juramentum* Compromisso adjectum, ut nempe simul pœnam seu id quod interest solvere, & laudo stare oporteat. *v. Gail. l. Obs. 150. n. 14. 15.*

XXXI. *Tempus* Compromissi quod attinet, etiamsi illud non currat nisi à die *acceptationis*: *l. 3. §. 1. l. 21. §. 5. b.* (Acceptatum vero non videtur, si electus sciat & taceat, maxime absens; *arg. l. 13. §. 2. b.* nisi factum quodpiam ejus accessisset, *arg. cl. un. d. Procur.*) Tamen quando id abhinc ad dies quindecim proxime secuturos initum fuerit, ab iplo hoc momento currere tradit Magonius *Dec. Florent. VIII. n. 17.* & Gratianus *c. 161. Disc. forens. n. 12. 13.* item Baldus *V. Conf. 246.* Nonnunquam dies, antequam apparuerit, *proferatur.* Sed si per partes steterit, quo minus intra tempus destinatum pronunciari potuerit, arbiter nisi de causa sibi liqueat, prorogare diem, aut ut in se denuo compromittatur, pati non cogitur: *conf. Bachov. d. l. c. 3. n. 1. p. 1253.* licet dies jubente eo recte proferatur, qua ratione in eundem arbitrum iterum compromitti, ne pœna committatur, necesse est: ut tamen ubique Arbiter, an justa sit petitio unius litigantium, qui compromissum proferri vult, advertat, nec ultra trinam vicem proferat, et si decies

decies ei proferendi data fuerit potestas: ceterum tradit Wurmserus *II. Obs. 2.* quemadmodum si de proferendo simpliciter dictum esset, semel tantum proferre ei liceret, *arg. l. 1. §. 18. d. Leg. 3. l. 89. §. 1. d. V. S.* Et quidem si per ipsum steterit arbitrum, quo minus pronunciaretur, vi compromissi, quo ei prorogandi potestas data est, ut proroget, adigitur; neque sic novum compromissum ineundum erit: ceterum quidem alias novum quoddam suscipitur, atque vis prioris, quatenus necessarium est, ad illud transit, atque in eodem intelligitur, usque dum ad Laudum deventum fuerit: Andreol. *Controv. for. 144. n. 26.* ut tamen facto compromisso jurato, quo intra certum diem finiatur, & si id non fiat, prorogato illo, non simul etiam *juramentum prorogatum* esse censeatur, ut recte Franzkius *p. 1. resol. 1. n. 56.* Quod si Compromissi prorogationem à partibus factam ignoret Arbitrator, & pronunciet, nullum esse laudum docet Gratian. *c. 529. Disc. For. n. 1. 3.* Quid vero quando *nullum plane tempus* compromisso adjectum sit? v. de *instantia* Scacciam *Lib. 2. de Judic. c. 2. n. 672. seqq.* Nec minus etiam *in loco*, in quem compromissum est, arbitrium expediri debet. *arg. l. 34. d. R. l. junct. l. 3. d. reb. autb. jud. poss. l. 6. ff. d. evict.*

l. 211





*l. 27. §. 10. ff. b. t.* Et hunc in modum arbitrium  
constituitur.

XXXII. Qua ratione *perficiatur*, expediamus. Ubi quidem *juramentum judiciale* deferri, atque arbitros injungere *juramenta necessaria* posse, tradit *Marc. Ant. Blancus c. 8. d. Comprom. n. 18. 19.* Item *Ummius Disp. XIV. n. 75.* cum instar judicum sint, & quaslibet probationes suscipiant. *Partes* quoque ex alieno territorio *vocare* possunt. *Testes* autem nec citare potest Arbitrator, (*Besold. conf. 174. n. 2.*) neque cogere, sive ad jurandum sive deponendum; *Blanc. d. l. quod utrumque tamen Magistratus seu Officialis ejus loci requisitus* peragere debet. *v. Lanfranc. P. I. d. Comprom. n. XI. & Borell. §. 3. gl. 2. n. 5.* Atque velut *Judex pedaneus* *multam dicere* non potest, (& ne quidem *Magistratus municipalis l. 1. si quis jus dic.*) eo quod *Prætoris ex partes* sint, qui eum dedit & ab eo dictam sententiam exequitur, *l. 15. pr. d. re jud.* Ita nec ejus rei potestas arbitro competit: quamque *Ulpianus in l. 27. §. 4.* admittit pœnam, specialem & eam scilicet coërcet contumaciam, quæ principaliter ad impediendum ferre sententiam directæ est; quæque tunc maxime obtinet, quando cum de pœna contumaciæ nil conventum esset, alteru-

E

tro

tro tamen litigantium emanante, sine vicio nullita-  
tis, (nisi aliter, & ut absente etiam parte sententia  
dici posset, factum fuisset,) pronunciari nequive-  
rit. Nam per eam quidem contumaciam perin-  
de se habet, ac si paritum non esset sententiæ, in-  
deque absens in pœnam incidit, quæ compromi-  
sso contenta est. Similiter non obstat *Lex 29. ff.  
h. t.* cum pœna illa non ex potestate arbitri, sed ex  
litigatoris compromisso & stipulatione descendat,  
& propterea, secus ac in multa solet, adversario  
applicetur: ceu observat Meryllius *VI. Obs. 28.*  
Num autem *Fisco* datur actio ad pœnam, in quam  
ei reum Arbitr ex Compromisso condemnavit?  
Non datur, *l. 42. h. l. 38. §. alteri. d. V. O.* Neque  
etiam *in l. 1. ff. d. jur. Fisci*, dicitur, quod privati fi-  
sco stipulari queant, sed quod *Fisco* ex contracti-  
bus Privatorum acquiratur, si nempe illiciti sint at-  
que inde quid confiscari debeat. *Impensas* quod  
attinet, licet arbitrum eas etiam post condemna-  
tionem taxare posse velit Wesenbecius *ad l. 15. C.  
d. Judic. n. 15.* tamen quia tunc officium ejus cessat,  
ad Ordinarium transeundum esse, verius est.

XXXIII. Cæterum *Acta* merita causæ con-  
cernentia in alio etiam judicio (*per l. 5. §. f. C. d.  
rec.*) ad probandum conducere, (quod quidem  
negat

negat Khraiffer in *Tit. 8. Leg. 13. Ord. Bar. n. 2.*) non item ea, quæ ad ordinem judicarium pertinent, *Mascardus docet Concl. 33. n. 8. seq.* Nam & acta, quæ causam & factum respiciunt, non expirant per mortem compromittentium, vel arbitri; *l. f. in f. C. d. Testib. c. presentata. eod.* licet ea perimantur, quæ ordinatoria litis sunt, maxime si judicii substantialia sint, ut Litis contestatio; nisi quod ejusmodi actus etiam valeant quoad *præterita*, v. c. ad præscriptionis interruptionem. Idem *d. l. n. 20.* An *dicto arbitri* stetur? *qu.* Afferendum est, præterquam in decisoriis, & quæ magni momenti sunt, etiam auctoritatem *sine scriptis procedendi* habeat; *Steph. Gratian. contr. for. c. 529. n. 7. 8. 34. 35.* nisi v. ita *conventum* sit, & intra compromissi causam de relatione Arbitri queratur. *Gail. 1. Obs. 134. n. 9.* Quamvis autem omnia illa, quæ *coram Arbitratore* gesta sunt, tanquam *extrajudicialia* habeantur: indeque Rei conventi contradictio præscriptionem non interrumpat. *Noal. cas. 34. n. 23. d. Transmiss. Jur.* Confessiones tamen *coram Arbitris* factæ ut judiciales sustinentur: *c. per tuas. X. d. probat. Lanfranc. Part. ult. n. 76. Grass. Dec. 57. n. 18. seq.* atque litis coram Arbitro facta contestatio *præscriptionem* interrumpit. *l. 5. §. 1. C. d. Recept.*

XXXIV. Ad Effectum pertinet, quod pendente Compromisso nil innovandum, indeque attentari etiam tradat Lancellottus *P. II. d. Attentat. c. XV. n. 122. seqq.* quodque arbiter ad revocationem attentati vi sui arbitrii, & per suum pronunciatum procedere possit. Non tamen per Compromissum suspenditur Ordinarii aut delegati cognitio, neque litis pendentia aut preventio per illud inducitur, *l. 30. ff. b. l. 2. C. ut lite pend.* ac proinde exceptio ejus coram Ordinario objici non potest. *c. quamdiu. d. Appell. Gail. 1. O. 141. n. 3.* Unde & pendente compromisso alterutra pars Appellationem coram superiore prosequi valet; quamvis durante eo fatalia appellationis \* non currant. *Auth. sitamen. C. d. temp. appell. & instantie Appellationis suspendatur. Blanch. qu. 6. d. eff. Comprom. n. 7. seq. Ruginell. §. 10. d. Appell. gl. 1. n. 57. Boer. dec. 294. n. 37.* Quin & terminus ad probandum datus pendente Compromisso non currit. *Franch. in c. ex ratione. n. 26. X. d. Appell.* Vicissim non obstante delegatione, quia in gratiam partium facta esse censetur, ad Arbitros iri potest. *c. 7. 12. X. b. d. Auth. atque causas in judicium jam deductas, in quacunque etiam judicii parte versentur, (juxta Lanfranc. P. 7. n. 107.) & vel in secunda instantia agitas,*

gitatas, (*sec. Belold. Thes. Pract. Lit. C. n. 51.*) ad Arbitrium deducere licet. De peremptione autem *instantia* coram Arbitris & quisnam ejus effectus sit. v. Scacc. *Lib. 2. d. Judic. c. 2. qu. 10. Dub. 1. seqq.*

\* Modo acceptum fuerit ab Arbitro, (nam ante acceptionem ne quidem quoad partes quid operatur. Gabriel. *Concl. 2. d. Arbitr. n. 1. 2.* Lanfranc. *l. 49.*) & *Appellatio interposita* sit: Nam si compromissum intra 10. dies appellationes fiat, quod tamen ultra illos duraturum sit, sententia in rem judicatam transit, si non etiam appelletur. Gvid. Papæ. *Dec. 15. Sf. Odd. qu. 70. d. rest. in int. art. 4. lim. 3. n. 26.* Quin imo etiam quoad *prosequenda Appell. fatalia exceptiones* habet Scaccia *qu. 15. d. Appell. n. 112. seqq.*

XXXV. *Absente parte*, licet per contumaciam, sententiam Arbitrarius ferre non potest. Joh. Bapt. *L. 9. c. 6. 15. & L. 10. c. 10. d. Comprom.* Lanfr. *P. ult. qu. 36.* saltem quod in poenam Compromisso insertam pars incidat; *l. 27. §. 4. b.* Bapt. *L. 3. c. 3. & 4.* nec adeo absentia ejus pro praesentia habetur; nisi aliud actum sit: qua ratione ultima die Arbitrarius pronunciare potest, etiam non citata parte: quoniam ipsa dies interpellat; modo liqueat de causa, aut non liqueat ex culpa aut defectu partis. Imo si dies praefinita non sit, nihilominus si post conclusionem in causa pars citata

comparere non velit, adhuc pronuntiabit Arbiter. Meichfner. *Tom. 2. Dec. Cam. L. 1. Dec. 5. p. 220. 4.* ut tamen justam excusationem partis admittere & sententiam differre debeat. *Idem n. 9.* Quid vero si terminus Compromissi à *Lege vel statuto* definitus sit? (idem dices si partes eum prorogaverint:) ita partes adhuc, etiamsi in ultima die laudum ferendum esset, citandas esse vult Socinus *d. Citat. Art. 7. cas. 23.* Pertinet huc *Cœpolla Cautela, XCIII.* quod reus terminum ad probandum petere debeat, & si probationem differat actor ad usque ultimam compromissi diem, citari debeat curare actorem ad audiendam sententiam, sicque arbitrum sententia quoque definitiva & absolutorie, si probatum sit, pronuntiare posse. Idemque in *Delegato* asserit, cui ad tempus ex voluntate partium cognitio commissa est.

XXXVI. Sed ultra *personas aut causas extendere* Compromissum non licet. Ita enim si inter plures fratres ab una & Ecclesiam ab altera parte compromissum fuerit, *inter ipsos fratres inter se* arbitrari fas non esse, docet *Surdus Dec. 239. n. 4. 5.* Et licet *plenum*, ac de omnibus rebus controversis fuerit, tamen plus in illud non venit, quam de quo actum est; *l. 12. §. plenum. b. l. 43. l. 46. fac. l. 23.*

*l. 23. d. judic.* quæque verbis intentionis in libello contineri videntur. Est enim magna adhuc inter judicia & arbitria distinctio: cum *judicium* in invitum reddatur, neque attendatur litigantium, præcipue reorum, animus, ut ex eorum personis, quidnam in iudicium venire voluerint, non adeo metiamur. *v. l. 61. d. Judic.* Secus atque in *Compromissis*. Unde & hæc eo minus *futuras* causas continent, quantumvis plena fuerint: quippe quod hæc etiam stricti juris sint. Carpzov. *Tit. LXXVII. Proc. art. 4. n. 54.* Et ne quidem in iudicium ea veniunt, quæ *post Litis contestationem* accidunt. Est autem *Laudum* excessivum *in totum* nullum. *Puteus 1. Decis. 315.* Quid vero si *plura capita* compromissi fuerint, an ita etiam de uno alterove *laudum* valebit? angustius sc. eo quod compromissum est. Valebit, si *dividua* sint capitula; *l. 21. pr. b. Felin. ad c. 50. inf. n. 14. d. Testibus. Steph. Gratianus c. 529. Disc. for. n. 45. seqq.* non item si *individua* sint. *Idem n. 15. 31. 44. 20. 22.*

XXXVII. Quamvis autem *Partes* non quicquid in re ea, de qua controvertunt, juris habent, deduxisse ad arbitrum videantur, etiam si amplissimis clausulis compromissum extensum sit; tamen ut *Job. Baptista Lib. IX. d. Arbitr. c. VI. col. 3. & c. XV.*

XV. XVI. & Lancellott. P. II. d. *Attent. c. XV. n. 68.*  
 tradunt, ad *accessoria* Arbitr. recte, itemque ad  
*pertinentias*, (*juxta Wesenbec. conf. 337. n. 16.*) ne  
 continentia dividatur, (*v. cap. 6. X. d. Arbitr.*) nec  
 non ad *connexa & dependentia* progreditur: sicque  
 condemnare haud dubie in *fructus, expensas & ac-*  
*cessoria*, & multo magis de *actibus* ad directionem  
*processus* pertinentibus disponere, veluti concede-  
 re dilaciones & cetera potest; non attento, quod  
 de ea re nil expressum fuerit: modo fructus atque  
 cetera illa *accessorie* debeantur, & non separatim  
 jure peculiaris actionis peti debeant. Bachov. *ad*  
*pr. b. t. cap. 4. num. 1. p. 1259.* Interim subsistit lau-  
 dum quando *super re principali tantum* pronun-  
 ciaverit. (Non obstat. *l. 19. §. 1. b.*) per *l. 4. C. depos.*  
*& l. 3. C. d. fruct. & lit. expens.* Sed an in *aliam*  
*rem* alterum alteri condemnare potest, quam quæ  
 deducta in Compromissum fuit? Potest etiam,  
 quando v. c. uni rem adjudicando eum vicissim al-  
 teri in pecuniam condemnat: quippe quod hac  
 ipsa omnia æstimentur, adeoque fines compro-  
 missi Arbitr. egressus videri non possit. *c. 2. X. b.*  
*c. 21. de præbend.* Laudum vero inter aliquos,  
 quasi inter eos fideicommissum foret, latum, si hoc  
 nullum fuerit, & ipsum corrumpit. Andreol. *Controv.*  
*284. n. 19. seqq.*



XXXVIII. De *Reconventione* constat facile, quod illa coram Arbitro institui non possit. *c. 6. X. b.* P. Barbosa *ad l. 1. ff. d. Judic. num. 60. seqq.* Cujus quidem *rationem* Gilhausen *Part. III. Arb. Civ. c. 1. §. 9. n. 7.* in eo cum *Veteribus* ponere non debuit, quia in *Compromisso* ab utroque litigante Arbitri fit electio, cum in *judicio* actor *judicem* præter *voluntatem* rei eligat. (Per hoc enim simpliciter in *Compromisso* locum *reconventioni* dari non posse sequeretur.) Verum ratio potius unica hæc est, quod *reconventionis* in *Compromisso* non injecta fuerit mentio, & sit adeo illa extra *Compromissi* terminos: ut recte *Mynsingerus IV. Obs. 90.* Unde quo minus *reconventio*, si ita *expresse* cautum sit, admittatur, nullum dubium est. *arg. d. c. 6. X. b. §. 1. 21. §. 6. ff. eod.* *Sichard. ad l. 14. C. d. sent. §. interloc.* Alias non minus etiam in Arbitro ex *necessitate Statuti*\* assumpto *reconventio* cessabit, ut & si quando in *judicem Ordinarium* *compromissum* fuerit. Sed *Compensatio*, quippe quod jam ipso *jure* ab *initio* sui viguit, coram Arbitro *objici* potest,

\* De quo frustra *diversum* prodit *Scaccia d. sent. & re jud. gloss. 7. qu. 4. spec. 3. n. 43.* neque enim officit, quod Arbitrarius ejusmodi *adeatur* à reo invito, & merito igitur actor eundem *Judicem* *experiri* debere videatur. Uti-  
F
quo

que in *delegato* reconventio admittitur, ut *Scacc. d. l. bene explicat.*

XXXIX. In pluribus Arbitris plus potest *absentia unius*, (utp. quem ne quidem interpellatum esse sufficit, sed ut potius *cogi* debeat, \*) quam *præsentia contumacis*, veluti unius ex tribus: qualis etiam est ejus, qui *sibi non liquere\*\** jurat, aut penitus tacet. *arg. l. 17. §. 2. l. 18. b. l. 36. 39. de re jud.* Nam priori modo ne quidem si omnes reliqui concordent, regulariter pronunciari potest: vide *Rolsbach. Tit. VI. Proc. Civ. num. 7.* etiam si unus *votum suum* alteri commiserit; quippe quod hoc fieri nequeat. Sed jure Canon. uno absente reliqui procedere possunt. *c. 2. §. ult. d. Arbitr. in 6.* Cujus quidem è sublimi rationem male applicatam petit *Pontifex*: Ut recte *Mæstertius Lib. II. de Justit. LL. Roman. c. XIII. jus Civile & in eo Celsum l. 17. §. 1. d. recept.* ejusque rationem probeat: neglecto eo, quod de maturando litium sine obijci poterat. Nec etiam contumacia h. l. pro præsentia esse potest aliter, quam si de ipsius contumacis ageretur præjudicio: adeo ut ne quidem volens *tertius* ille *raticare* possit, quod à reliquis pronunciatum est. *Carocius d. Remed. contr. Sent. prejud. Exc. CXXV. n. 191.*

\* Nisi

\* Nisi excusare se possit ex causa *superveniente*, LL. probata, *l. 15. b. ibique* A. Fab. in *Rational.* ut est magna dignitas, negotiorum multitudo, Gratian. *c. 373. D. For. n. 6. seqq.* & al. ap. Pacium *Method. Cod. b. c. 3. n. 19. seqq. c. 5. n. 48. seq.* atque tunc etiam uno solum excusato reliqui *copulative* electi sententiam dicere non tenentur. *arg. l. 17. §. 2. eodem.*

\*\* Quid tamen si dicat *quod sibi videtur*? Partes stare tenentur, licet iniquum dixerit. *l. 17. §. 3. & l. 27. §. 3. b. nec mutare* potest sententiam arbiter, nisi contra formam compromissi dixisset. *arg. l. 21. pr. b.* Dandum tamen est ei *spatium deliberandi*, si id exigat, & imo *transmittere* ad Coll. Prudentum *acta* potest. Hilliger. *XXVI. c. 1. g.*

XL. *Prasentium* vero major pars minorem vincet, atque in summis quidem autem *quantitate* ad eam redigetur sententia, in qua *omnes* vel *plerique* conveniunt, *l. 27. §. 3. b.* Ita si duo in decem, unus in quinque pronunciet, duo praevalent, cum major pars consentiat. *c. 1. d. arb. in 6.* Non autem attendetur, etiamsi in majoribus contineatur, numerus quinaris, (sed tunc obtinebit in quinque,) si unus in quindecim, alter in decem, tertius in quinque condemnasset. *d. l. 27. §. 3. b. l. 38. §. 1. de re jud.* tanquam in *minima*: alicubi & in *media*, juxta Mornacium *add. §. 3. b.* Sed in *alia* re quam *summa* aut *quantitate*, si tres in tantum discrepent, nullius valebit arbitrium; (secus atque

que in iudiciis. v. l. 28. l. 38. pr. d. re iud.) Henr. Zoësius b. t. n. 25. verum alius adh. Arbitrator assumetur: juxta Wurmserum III. Obs. 5. Neque in cæteris rerum humanarum actibus minus (& ne quidem minorem summam,) *majori inesse* deprehendimus: Scilicet inest quidem semper naturaliter, ut pars in toto integrali: quod si autem *intentionaliter* & civiliter rem cum Carol. Molinzo ad *Consuet. Paris. Tit. 1. des Fiefs. §. 47. n. 12.* capiamus: ita vero tunc demum inest, quando intentio disponentis æque autem multo fortius minori adaptari potest: ut si ad majorem summam limitata sit, inque minorem seorsim & per se consensus non feratur, aliud dicendum fuerit.

XLI. Ulterius, *Obligatio per Compromissum non novatur*, indeque adhuc opponi potest executioni in solidum intentatæ, exceptio Divisionis. Boër. *Decis. 59. n. 8. § 370. num. 4.* In Arbitrum vero ipsum ideo ex Compromisso non datur actio, quia *receptio* tantum analogicum quid contractui continet, quod in nudum pactum, utcumque à Prætoro suo modo firmatum, definit: unde aliquod tantum *remedium* exinde datur potius quam nascitur. Cumque sententia, quam *Laudum*, i. e. legitimam sententiam, \* *Vossio* interprete,



prete, *Lib. III. d. Vit. Serm. Lat. c. 18.* illaudato nuncupant vocabulo, non propriis sustineatur viribus, sed sola tantum pœnæ, vel ejus quod interest, stipulatione, cujus metu sententiæ parendum est. Inde non est, quod tantopere miretur Bachovius *vol. 1. ad Treutl. XII. tb. 5. lib. 6.* Cur, licet stipulatione munitum sit compromissum, exinde tamen actio non competat, verum unice exceptio. Imo vero nunc post *homologatum laudum* \*\* *actio in factum* (neque tamen sic ex Compromisso,) locum habet. Et quidem *executio Laudi* ad *Judicem ordinarium* condemnari pertinet. *l. 13. pr. ff. d. rejud. l. 3. C. d. Jurisd. l. pen. C. d. rec. arbitr.* Ludov. Molina *Tom. II. d. Just. & Jur. Tr. V. Disp. 38.* De *Vitiis* autem *Laudi* alias dispiciemus.

\* *Lau* enim legem *Gorbis* notat, *doem* vero sententiam, etiam ap. *Frisios* significat, teste *Feltmann. d. 7. Perborrescentia c. 21. n. 37.* Cum tamen *Laudamentum* in *Feudor. Libbr. Sapientum sententiam* notet; nec minus *laudare*, usurpatum videamus sua, ut videtur, i. e. *Latina* origine, pro *sententiam ex arbitrio dicere*. Hinc affectata censeri potest, quæ tam longinque affertur, vocis illa derivatio. Quanquam vero recte *Lauterbachius* doceat non convenire *Arbitris* dicere: *mit Urthel zu Recht erkannnt.* *Tr. Synopt. d. Arbitr. tb. 37.* Tamen formulam hanc (in qua solum *eines Urthels* / non fit mentio, quicquid

quid alias sit de promiscua voce sententia, in l. 1. l. 19. §. 1. ff. b. qua remissioem quoque habent Germani, eine Weisung / quæ quidem etiam *judicibus* tribuitur) apud Meichnerum Tom. I. Decis. XI. reperimus: Laudiren / erkennen und sprechen / Obmann und Zusätze / mit ihrem willkührlichen Spruch zu Recht / daß die Antwort von diesen Klag: Punkten zu absolviren / wie sie auch dieselbe hiermit absolviren: compensatis expensis.

\*\* V. Clezel. c. 4. d. Appell. n. 47. Brunnem. ad l. pen. C. d. rec. arbit. & quidem in foro Ecclesie homologatio expressa, etiam aliter quam scripto fieri potest. c. 9. X. b. secus ac in foro Civili. d. l. pen. Sed homologatio, in Compromisso pœnali non attenditur, ut nec in eo, quod stipulatione munitum est, siquidem ea partes sibi de eo quod interest prospexisse censentur.

SOLI DEO GLORIA.









Jena Diss., 1676 F-55

56


ULB Halle 3  
004 989 155



V017







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO IVRIDICA,  
DE

24

# COMPROMISSO,

13

NOSTRIS:

Was ein Compromiß in Geist- Staats- Lehn- und Bür-  
gerlichen Rechten sey, und von denen dabey vorkom-  
den besondern rechtlichen Fällen.

1676, 12

QVAM

SVB PRAESIDIO  
VIRI MAGNI NOMINIS

## NIC. CHRIST. LYNCKERI,

ICTI IENENSIS,

NEC NON POSTEA S. R. I. EQVITIS, ET S. C. MAI.  
A CONSIL. IN AVLA IMPERIALIBVS,

D. XII. APRIL. MDCLXXVI.

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI EXPOSVIT  
CHRISTOPH. HENR. WISTORP,

MINDANVS.



NVNC VERO, VT DESIDERIIS MVLTORVM SATISFIERET,  
TERTIA VICE

I E N A E,

REC. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI, 1752.